

Soph. ij. Querite iustum? querite
manuetu. Quinto debemus ip
sum libenter suscipere propter co
mitatu. quia ducit comitatum hu
mitem: quod notat cum dicit. Se
dens super asinam et pullum ac.
Secundum Hieronimum per asinam si
gnificat sinagoga iudeorum que
iugum legis traxit. Per pullum ec
clesia gentium que tanquam filia a si
nagoga fuit gemita. Christus igitur
super asinam et pullum sedit.
quia utrumque populum sibi acqui
siuit et coniunxit. uterque tamen li
gatus erat funibus peccatorum.
quia sicut dicit ad Roma. iij. non
est distinctio iudei et greci. omnes
enim peccauerunt et egent gratia
dei. Iste autem funis peccatorum
sepe conficitur ex multis simul. Nam
mala cogitatio parit delectationem;
delectatio consensum. consensus
operationem. operatio consuetudi
nem. consuetudo cordis duriciam.
cordis duricia necessitatem. neci
tas desperationem. desperatio mor
tem eternam. Sed dominus dicit
discipulis suis. Soluite et adduci
te michi. Peccator enim soluitur a
deo per infusionem gratie preueni
tis. Quod dominus soluit compedi
tos. Et a seipso merito contritionis
Ipsa. lviij. Soluite fasciculos de
primentes. Et a ministro dei per po
testatem iurisdictionis. Math. x. xviij.
Quodcumque solueritis super terram

Dominica secunda sermo primus.

Aunt signa in sole et lu
na et stellis etc. *Luce. xxi.*
In precedenti dominica
actum est de aduentu
christi in carne qui est aduentus
amoris. in hac autem dominica agit
de aduentu christi ad iudicium qui
est aduentus timoris. et hoc ut a
mores nos ad bonum inuertet et timor
nos a malo reuocet. Quando autem
aliquis rex ad bellum est profectu
rus: omnes commouentur ut sci
licet secum proficiantur. sic rege
christo ad iudicium veniente om
nia elementa commouentur pari
ter et contra malos armantur. In
hoc igitur euangelio ponitur com
motio quadruplicis creature scilicet
celestis terrestris. rationalis et
intellectualis. Primo namque pon
itur commotio creature celestis cum
dicit. Erunt signa in sole et luna et
stellis. Que autem ista sint signa non
exprimitur: sed Math. xxiiij. deter
minat: ubi sic dicitur. Sol obscu
rabitur. et luna non dabit lumem su
um. et stelle cadent de celo. Signum
ergo in sole est obscuratio solis que
quidem obscuratio quatuor modis
accipi potest. Primo quantum ad
lucis priuationem. Tunc enim fiet
eclipsis vniuersalis que auferet lucem
ab omnibus partibus terre quod in nul
la alia eclipsis fieri solebat. Illa ei
ab alia differet. Tum quod diu du
bit. Tum quod non fiet per hunc inter
positionem: sed per virtutem diuinam. et
hoc faciet sol in signum meroris per
morte generis humani. Crisost.

Patre familias moriente: domus
 eius turbatur. familia plangit. &
 nigris sexstibus induit. Sic hu
 mano genere propter quod facta
 sunt omnia deficiente celi misteia
 lugebunt atq; candore deposito te
 nebris induentur.

Secundo quantum ad maioris
 lucis superuentionem. Nam scdm
 Iheronimum sol obscurabit. non
 diminutione sue lucis abscedente:
 sed maiori luce superuemente. Cri
 sostomus. Sicut in hoc seculo lra
 a sidera moy; obscurantur: toto so
 le. sic in xpristi gloriosa apparitio
 ne sol obtenebrescet & lumen no
 dabit proprium iubar.

Tercio quantum ad methaso
 ricam locutionem. vt. s. sic sensus.
 Sol obscurabitur id est tam seze
 na erit vindicta iudicij q; ipsum
 sol respicere non ualebit. Augusti
 nus. Seueritatem iudicij & tormé
 ta pereiuntium nec sol nec luna as
 traq; cetera respicere pre timore
 audebunt. nec poterunt: sed retra
 hent splendorem atq; lumen suū
 non q; dementiora sint dei iudici
 a: sed q; omnes creature in malo
 eum vindictam & de suo pertimes
 cent.

Quarto quantum ad
 mysticam significationem. Misti
 ce enim sol est xpristus: qui tunc
 erit valde obscurus. quia predica
 tione & miraculis non durescit.
 Apoca. vi Sol factus est niger sic
 faccis cilicinus. Antixpristus ei
 erit valde clarus. quia vbiq; predi

cabitur. & miracula facere videbi
 tur. In sole autem scdm Augusti
 num tria considerantur scilicet q;
 est. q; licet & q; calet. Sic in xpris
 to similiter tria considerantur. sci
 licet diuinitas sua. sapientia sua.
 & gratia sua. Quantum ad ista tri
 a iste sol obscurabitur. quia nul
 lus ipsum audebit confiteri esse
 deum sed hominem purum. Ipse
 esse magistrum veritatis: sed doc
 torem errorem. ipsum habuisse
 spiritum sanctum: sed spiritū ma
 lignum. ¶ Secundum signum
 est obscuritas lune. Per lunam nā
 q; significatur sancta mater eccle
 sia: que tunc obscura erit quia mi
 raculis non radiabit. nec doctri
 ne splendore fulgebit. Quamuis
 autem deus potuerit lumen prop
 um communicare lune sicut soli:
 voluit tamē vt luna a sole illumi
 naretur tribus de causis. vt dicit
 Daniel in libro secundo. scilicet p
 pter pulchritudinem ordinis ar
 monie. propter mutuaq; subimis
 trationem gratie. & propter hu
 milem subiectionem obedientie.
 Ait enim daniel propheta. Sic a
 sole illuminatur luna: non vt desi
 ceret deo dare sibi proprium lumē
 sed armonia & ordo seruetur ipsi
 creationi regentis. et vt erudia
 mur subijci. Primo quidem guber
 nationi & dominatori omnium.
 deinde hys q; ab ipso ordmati sūt.
 scilicet principibus. Appellat au
 tem daniel propheta richmum.

et ordinis pulchritudinem quam
dam armoniam que debet esse in
vniuerso dei. Est enim quoddam
corpus quod a nullo lumen reci-
pit: sed alteri infundit sicut sol.
Est aliud quod recipit et non infun-
dit sicut terra. et ideo ut richmus et
armonia esset in vniuerso: oportet
quod esset tertium. scilicet quod recipi-
at et infundat sicut luna. Iste autem
triplex ordo remouebitur. et ideo lu-
na id est ecclesia tunc non immerito
obscurabitur. Tunc enim re-
mouebitur omnis pulchritudo et
ordinatio scilicet quando antipri-
stus exaltabitur et christus humili-
abitur. Ecclesias. x. Vidi stultum
positum in dignitate sublimi diu-
tem sedere retrosum. Tunc etiam
remouebitur mutua subministra-
tio. quia omnes diligunt propriam
utilitatem et non fratrem et ca-
ritatem. primo. Thimo. iij. In nouis-
simis diebus instabunt periculo-
sa tempora. et erunt homines seip-
sos amantes. Mat. xxiii. Quonia-
m abundabit iniquitas: refrige-
scent caritas multorum. Tunc
autem remouebitur obedientie sub-
iectio. quia tunc regna et imperia
discedent ab obedientia ecclesie.
et a fide. Thimo. v. In nouissimis
diebus aliqui discedent a fide Cri-
sostomus. Sicut homo circa mor-
tem multas patitur fantasias: sic
similiter mundus in exitu multos
patietur errores. Tercium signum est
quod stelle cadent de celo: sed non videtur quod
hoc esset: cum earum substantia sit

incorruptibilis. Et secundum origenes
multe earum sunt maiores terra.
et ideo eas capere non posset. Sed
dicendum quod stelle tribus modis
accipiuntur. scilicet proprie simi-
litudinarie. et transumptiue. In
quantum enim accipiuntur pro-
prie dicuntur cadere dupliciter.

Vno modo igneas comas emic-
tendo quia omnia sidera stationa-
ria et erratica de se magnas comas
emittunt in mundum ut scilicet vi-
cium aduentum iudicis strenui
inducunt. Alio modo lumen retra-
hendo. Per aliquos enim dies an-
te iudicium lumen suum retrahet
ut minime videant. Iohannis quar-
to. Stelle retraxerunt splendorem
suum. Stelle autem similitudina-
rie sunt quedam impressiones et
obfuscationes in aere generate
que tunc frequenter per aerem dis-
current. ad terrorem malorum.
Sapientie quinto. Ibiunt directe
emissiones fulgurum. Stelle ve-
ro transumptiue dicte sunt san-
cti. Multi enim qui tunc sancti vi-
debuntur: de celo id est de sancta
matre ecclesia cadent. Legimus
enim stellas cecidisse per tria. scilicet
per caudam draconis. ut ha-
betur Apocalip. decimotercio. Per
terre motum. Eiusdem septimo.
per cornu. Et eiusdem octauo. An-
tipristus quosdam decipiet per
miraculorum suorum subtile op-
erationem. et istos trahere debet per
caudam suam. Sicut etenim cau-
da operit siue tegit turpitudinem

ipſius beſtie: ſic facta miraculo eius
 ope ratio operiet antiſtiti turpi
 tudinem et iniquitatem. Quosdam
 p̄ donorum largitionem. et iſtos de
 cipiet per terre motum. Gloſa ſu
 per illud Dani. iij. Terram diuidet
 gratuito. Quos enim antiſtiti
 ſuo terrore ſubiugare non poterit
 auaricia ſubiugabit. Quosdam
 vero per poſtentiam et tormentoru
 ſtationem. et iſtos decipiet per cor
 nu hirci gregis. Robuſtos quide
 antiſtiti ſuſterſit: dum eos
 qui mente inuicti ſunt corporaliter
 vincet. ¶ Secūdo ponitur commo
 tio creature terreſtris tam terre q̄
 maris cum dicit. Et in terris preſ
 ſura gentium pre conſuſione ſoni
 tus maris et fluctuum eius. Tunc
 etenim erit maior preſſura q̄ vnq̄
 fuit in terra. Quadruplex etenim
 perturbatio fuiſſe inuenitur Pri
 ma fuit tyrannorum: ſecunda here
 tiorum. tertia ypocritarum. quar
 ta erit antiſtiti ceteris maior.
 Vnde dicitur Daniel. vij. Videbā
 in viſione noctis et ecce quatuor be
 ſtie magne aſcendebant de mari.
 Prima quaſi leena. Iſta eſt tyran
 norum crudelitas. Secunda ſimi
 lis viſo. iſta eſt verſucia hereticoꝝ
 Tercia eſt quaſi pardus. iſta eſt
 varietas et dolus ypocritarū. Quar
 ta terribilis et fortis nimis. iſta ſig
 nificat antiſtiti. Cōſuſio au
 tem maris tribꝰ modis accipi po
 teſt. Primo propter eleuationem
 et depreſſionem. Nam ſicut dicit
 Iſs. omnis ſe inueniſſe in anna

libus hebreorum q̄ mare quadra
 ginta cubitis ſe ſuper montes ele
 uabit. In alio die ſic deprimetur:
 vt vir poſſet apparere. Iſta auteꝝ
 talis eleuatio et depreſſio ſine mul
 ta conſuſione et ſonitu fieri nō poſ
 ſunt. Secundo propter nouam et
 inauditam maris turbationem.
 Gregorius. Conſuſio maris et fluc
 tuum: nec de nouo exorta eſt. ſed
 quia iam multa enūciata comple
 ta ſunt: dubium non eſt quin ſe
 quantur pauca que reſtant.

Tercio propter innouationeꝝ
 Nam ab ipſo igne qui faciem iu
 dicij precedet mare purgabitur et
 nouam formam aſſumet. Apo ca
 lipſis. iij. Vidi tanq̄m mare vitre
 um ac. Illa autem purgatio fac
 ta per ignem ſine ſtrepitu multo
 et ſonitu fieri nō valebit.

¶ Tercio ponitur commotio crea
 ture rationalis: cum dicitur. Aref
 centibus hominibus pre timore.
 Quatuor autem de cauſis planta
 areſcere aſueuit. Aut ſcilicet prop
 ter modicam ipſius terre profun
 ditatem. Vſque quadra geſimo
 quarto. Quia nō habent altitudi
 nem terre et cetera. Aut propter ra
 dicis vicioſitatem. vt habetur Jo
 ne quarto de edera. Aut propter
 ſubtilitatem. ſicut de ficuln ea: cui
 maledixit xp̄iſtus. et ſta tim poſt
 aruit. Aut propter eſtus ſiue cali
 ditatis mimietatem. Iaco bi pri.
 Exortus eſt ſol cum ardore et are
 fecit. Quatuor enim genera homi
 num ſunt que tempore antiſtiti

arescent. Primi qui non erunt p
fundati in fide. Thessa. Cuius ad
uentus etc. Et subdit eo q carita
tem dei non recipiant etc. Secundi
qui erunt viciati in fide quasi in ra
dice. Job. xv. filius hominis ve
niens putas inueniet fidem su per
terram. Tercij qui erunt in bono
opere etc. Matth. xxiii. Sicut fuit in
diebus Noe cum fabricaretur ar
cha etc. Quartj qui erunt estuati
igne male concupiscentie. Vnde
de illis qui tunc erunt dicitur. ij.
Thimoth. iij. q erunt incontinē
tes. Et de antipristo dicitur Dani
el. iij. q erit in concupiscentia femi
narum. Quarto ponitur como
tio creature intellectualis id est an
gelorum. cum dicitur. Nam virtu
tes celorum mouebuntur. Ista au
tem motio causabitur ex tribus.
Primo autem ex timore cuiusdam
reuerentie. Job. xij. Columne celi
et angeli tremiscunt. Beda. Quid
faciunt tegule tabule quando tre
munt columne: quid virga deser
ti patitur: cum cedrus paradisi con
cutitur. Secundo ex preparatio
ne pugne. et quantum ad hoc sic lo
quitur Crisostomus. Si rex processurus ad
bellum contra inimicos aliamquam ex
peditionem mandat in populo:
dignitates omnes mouentur et exer
citus concutitur et tota ciuitas fer
uet. quanto magis rege celesti ex
urgenti. et viuos et mortuos indi
canti etiam angelice virtutes com
mouebuntur. Terribiles ministri
terribilem dominum precedentes qui

ipsum fulgur in via pretere sit. pro
tubis horrida tonitrua. Tercio ex
horrore dei vindicte. Job. xli. Cum
sublimatus fuerit timebitur ut ange
li. Crisostomus. Quamuis angeli sibi con
scij non sunt videtes in similitudine
iudicij. condemnari: non intrepidi
tibi stabunt.

Sermo secundus eiusdem.

Quoniam videbunt filium ho
minis venientem etc. Luc.
xi. Sicut dicit Hieronymus in
libro de summo bono. in quolibet
iudicio sunt quatuor persone. scilicet
iudex. reus. accusator et testis.
Et quia istud euangelium in de ad
uentu christi ad iudicium loqui
tur: ideo iste quatuor persone in eu
angelio exprimentur. Persona iu
dicis exprimitur cum dicitur. Tunc
videbunt filium hominis. Persona
rei cum sequitur. arescentibus homi
nibus pro timore. Persona accusa
torum cum additur. Erunt signa in
sole. Persona testis siue testium
cum subditur. Nam virtutes celo
rum mouebuntur. Primo ergo p
sona iudicis christi qui in forma
hominis iudicabit ut bonis det o
solationem. malis turbationem.
Bernardus. Ideo pater misericor
diarum et deus totius consolationis
vult per hominem homines iudicare et
in tanta perturbatione malorum. homi
ni fiduciam prestat similitudo nature.
Iste autem iudex tam iuste iudica
bit quod eius iudicium nullo modo
corumpi potest. Quatuor enim

Mobis vt dicit **V**idetur iudicium
 coruip i confueuit. scilicet timore.
 amore. odio a munere Corripitur
 quidem timore cum dicitur Eccl^e.
 vii. Noli querere velle fieri iudex :
 nisi virtute vales rumpere infirmi
 tates: ne forte extimescas faciem
 potentis. **V**idetur. Qui metu po
 tentis veritatem occultat et tene re
 ritatis iram sibi prouocat. quia
 plus pertimescit hominem q̄ diui
 nam trepidat maiestatem. **S**e
 cundo corripitur munere. Eccl^e
 liij. Exenia a dona excecant oca
 los iudicij. Augustinus. Vsq̄ a
 deo cupiditatis moleuit maluz vt
 iam ex consuetudine vendantur le
 ges. corumpantur iura. sententia
 ipsa venalis fit. a nulla causa iam
 posset esse sine causa. **T**ercio cor
 rumpitur odio. Quarto amore. de
 istis duobus dicit Crisostomus
 Perfectus amor a odium: redum
 iudicium non cognoscunt. Greg^o
 Judicare iuste nequnt qui in sub
 ditorum causis odium vel amorē
 consequuntur. **I**udex autem eter
 nus nullo istorum corumpi pot.
 non timore. qz omnipotentissim⁹
 est. Job. xi. Nunquid timens ar
 guet a remet teoz ad iudicium.
Immo quanto potentiores: tanto
 contra eos seuiorem sententiam p
 feret. Sapientie. ij. Potentes pote
 ter tormento patientur. **N**on amo
 re. quia iustissimus est. **I**deo extra
 fratres suos falsos scilicet xristi
 anos diuinam sententiam pmul
 gabit. vnde nichil valebit frater

litas. **P**s. **S**frater nō redimet. Ni
 chil nature conformitas. **V**nde s̄
 dicitur. Redimet homo. a debet legi
 interrogatiue a responderi negati
 ue. Nichil precum multiplicitas.
 ideo sequitur. Non dabit deo pla
 cationem suam. Nichil potest san
 guinis preciositas. ideo subditur.
 Et precium redempcōnis sue. quia
 ipsum precium anime contempse
 runt. Non corūpetur munere. qui
 a ditissimus ē. Prouerbio. liij. Nō
 acquiescet cuius q̄ precibus. nec
 suscipiet pro redēptione dona plu
 rima. Bernardus. Veniet dies il
 la iudicij in qua plus valebunt
 pura corda q̄ astuta verba. a con
 scientia bona q̄ mar subbia plena
 prauis Augustinus. **E**xpectatur
 dies illa iudicij a adrit vlt equif
 simus iudex: qui nullius potentis
 personam accipit. cuius quidē pa
 lacium nullus episcopus vel ab
 bas vel comes auro argentoqz cor
 rumpere poterit. Augustin⁹ **T**unc
 nec diuitie diuitib⁹. nec parentes
 pro parentibus intercedent: nec
 angeli sicut solebant pro homini
 bus facient verbum. quia natura
 iudicij non recipiet misericordiā
 Non odio. quia optimus est. **I**n
 eo enim qui optimus est: odium
 nō patet. **I**p̄ enim omnia diligit
 que creauit. Sapientie. x. Diligis om
 nia que sunt a nichil odisti eozuz
 que fecisti. Quia diligit: ideo cum
 dolore punit. **I**saye. a. Deu conso
 labor super hostibus meis a vindi
 cabor de inimicis meis **S**ecunda

are

fulgū vnt p...
 horrida t...
 re de v...
 mams fuent...
 f. Quamuis ang...
 on fure vid...
 is cond...
 stabunt
 rmo secund...
Vne videtur...
 mms v...
 Sic dicit...
 de su...
 o sunt...
 ter...
 a istud...
 xpisti ad...
 ideo: qu...
 o ex...
 xpisti...
 ne filii...
 equine...
 timore...
 m ad...
 persona...
 bditur...
 uebuntur...
 dias...
 is iudic...
 nem...
 bus. **I**deo...
 a deus...
 omnem...
 pueba...
 prestet...
 iudex...
 is iudic...
 ipost...

ponuntur tibi id est peccatores ostendi
nandi. cum dicitur. Arescentibus
hominibus pro timore ac. Ipsi ete
nim in multo timore a confusione
erunt. sicut ostendit gregorius di
cens. **O** quod anguste vie tunc repro
bis. superius erit iudex. a dextris peccata
accusantia. a sinistris infinita de mōi
a ad supplicium trahentia. inter? scia
mordens. foris mundus ardens. Quo
igitur fugiet miser peccator. Non
enim poterit ascendere sursum qui
a ibi est iudex iratus. de cuius ore
procedet gladius bis acutus. Apo
calips. vi. dicent montibus a col
libus. cadite super nos. abscondi
te nos a facie sedentis super thro
num. Nec potest fugere a dextris
quia ibi sunt peccata accusantia.
Bernardus. Tunc simul loquen
tia peccata dicent. Tu nos egisti.
opera tua sumus a te non deseremus
sed tecum ad iudicium pergemus.
Nec a sinistris. quia ibi sunt demo
nes accusantes. **Augustinus.** Pre
sto tunc eis dyabolus recitans que
quid fecimus a in quo die. a in quo
loco peccauimus a quicquid boni
facere debemus. Nec poterit se ab
scondere intra se. quia ibi erit ver
mis conscientie remordens. **Isaie.**
lxviij. Vermis eorum non morie
tur. Nec poterit ad mundum fuge
re. quia ibi erit ardens ignis. **Ps.**
Ignis autem ipsum precedet ac.
Non restat nisi ut in fornacem des
cendant. **Tercio** ponuntur accu
satores cum dicitur. Erunt signa
in sole ac. Omnes etenim creature

peccatores accusabunt. **Nota**
dum autem quod tres accusatores co
tra peccatores stabunt. **Primus**
erit totus mundus. omnia scilicet
elementa a omnes creaturæ. De ele
mento autem aque dicitur **Exod.**
xlv. Submersi sunt quasi plumbum
in aquis vehementibus. De tribus
alijs elementis dicitur. deuorabit
eum ignis qui non succendetur. Re
uelabunt celi iniquitatem eius. a
celum æreum quod obtenebrabi
tur a terra osurget aduersus eum
quia fortissime concutietur. De ali
is creaturis dicit **Crisostomus** su
per **Math.** **In** illo die nichil erit
quod respondeamus vbi celum et
terra. sol a luna. dies a noctes sta
bunt aduersus nos in testimōium
peccatorum nostrorum. **Vnde** etiam
dicit **Hugo de sancto uictore** Celi
dicet. Ego omne genus auium de
di ad obsequium. Aqua dicet. E
go diuersa genera piscium dedi
sibi ad esum. Terra vero dicet. Ego
panem ac vinum dedi sibi ad nu
trimentum. **Ideo** ignis clamabit
a me oburatur. Aqua clamabit.
in me dimergatur. **Aer** clamabit. in
me ventiletur. **Terra** clamabit. in
me absorbeatur. **Infernus** vero cla
mabit. a me deglutietur. **Sapientia**
Armabit creaturam suam ad vlti
onem inimicorum suorum. **Secun
dus** accusator est proprium scelus.
Omnia enim peccata que nunc oc
cultata sunt extra proficient a suum
accusabunt auctorem. **Sed** quid est
tinea vestimentum accusabit vane

gloriosum aurum a metallum ac
 cusabit auarum. Iniquum edifi-
 tium accusabit auarum vsurarium.
 De primis dicitur Jacobi. v. Diui-
 tie vestre putrefacte sunt. Vestime-
 ta vestra a tineis comesta sunt. Au-
 rum a argenti vestrum erugina-
 uit a erugo in testimonium vobis
 erit. De tercio dicitur Abacuc pmo
Lapis de pariete clamabit a lig-
 num quod inter iuncturas e respo-
 debit. **T**ertio accusator erit dy-
 abolus Aug⁹ dicitur est contra nos
 noster aduersarius. Equissime iu-
 dex iudica istum meum esse ob culpa
 qui tuus esse noluit per gratiam.
 tuus per naturam. meus per misericordiam.
 tuus e per passionem. meus per sua-
 sionem. tibi inobediens. mihi obe-
 diens. a te accepit immortalitatis
 stolam. a me accepit hanc panno-
 sam qua indutus est tunica. tuam
 vestem dimisit. a cum mea huc ve-
 nit. Equissime iudex iudica hunc me-
 um esse a mecum damnandum esse
 Vbi si diligenter attenditur dyabo-
 lus ponit quinque allegaciones. per
 quas secum damnandum osten-
 dit. Quere feria secunda post primam
 dominicam quadagesime. sermo
 ne primo. **Q**uarto ponitur te-
 stes cum dicitur. Virtutes celorum
 mouebunt. id est angeli ad custo-
 diam nobis deputati. Tres autem
 testes tunc peccator contra se habe-
 bit. Vnum sup se scilicet deum. Je-
 remie. xij. Ego sum iudex a testis di-
 cit dominus. Secundum intra se
 scilicet propriam conscientiam. Au-

gustinus. Quisquis futurum iudi-
 cem times. presentem corrige consci-
 entiam. Sermo enim cause tue est
 testimonium conscientie tue. Ter-
 tium iuxta se scilicet angelum ad
 custodiam sibi deputatum qui tam-
 quam sciens omnia mala quam peccator
 fecit ipsum grauiter accusabit Job
 vicefimo. Reuelabunt celi id est an-
 geli iniquitatem eius Ideo dicitur
 Virtutes celorum mouebunt. id
 est angelice potestates mouebuntur
 Et peccatores accusabunt a testimo-
 nium contra eos ferent. Rogem⁹
 ergo dominum etc.

Sequitur tertius sermo eiusdem

Quoniam videbunt filium homi-
 nis venientem in nubibus
 cum potestate magna a ma-
 iestate vbi supra Sapiens iudex i
 iudicio suo quadrupliciter procedet.
 Ipse enim causas a culpas dilige-
 ter examinat. examinatas ponderat
 ponderatas sententiat. sententiatas
 exequi tioni mandat Taliter in ex-
 tremo. Iudex eternus procedet. Jo
 in verbis premissis de ipso quatu-
 or dicunt. scilicet quod ipse apparebit
 in forma humana quod veniet i so-
 cietate decora. cum potestate multa. cum
 maiestate magna. Apparebit igitur
 in forma humana ad examina-
 dum. Veniet cum societate decora
 ad ponderandum. cum potestate mul-
 ta ad sententiandum. cum potesta-
 te magna ad exequendum. **¶**
 Primo igitur apparebit in forma

humana ad examinandum. Ideo
dicitur. Tunc videbunt filium ho-
minis filium enim in quantum fi-
lio hominis proprium erit exami-
nare. sicut habetur Mathei quinto ^{xxv}
Cum venerit filius inquit hominis
in maiestate sua. Deinde ponit exa-
minatio ab ipso fienda. Et iurii in-
quit a non dedistis mihi manduca-
re sicut a non dedistis mihi bibere
a cetera. De ista examinatione di-
citur Job duodecimo. Causa; qua
ego nesciebas; id est nescire me oste-
debam diligentissime examinaba.
Examinabit quidem ipse dominus
omnia cogitata. Sapientie secundo
In cogitationibus impij interroga-
tio erit. Unde Origenes In illo die
cogitationes accusabunt homines
Non utiq; cogitationes que tunc sed
iste que nunc sunt in nobis; quatuor
note sunt quedam a signa in corde
nostro Relinquuntur velut terra q
in occulto cordis posita in illo die
revelare dicatur. Secundo exami-
nabit omnia verba non tantum ma-
litiiosa; sed etiam otiosa. Math. xv.
De omni verbo otioso quod locuti
fuerint homines reddent rationem
in die iudicij. Tertio examinabit
omnia acta a facta. Ecclesi. ultimo
Cuncta que sunt adducet deus in
iudicio. Quarto omnia bona negle-
cta. Bernardus Omne tempus nobis
impensum requiretur a nobis quod
sit expensum. Quinto omnia crimi-
na ignorata. Vnde rogat ps. Igno-
rantias meas ne memineris domi-
ne. Secundo veniet cum societa

te decora ad ponderandum. cum di-
citur. Venietem in nubibus cum
sanctorum societate; qui dicuntur
nubes; quia erunt a terrenis eleva-
ti. a in celestibus conversati. de qui-
bus nubibus dicitur Apocalipsis
primo. Ecce venit cum nubibus Ju-
dex enim postquam causam examina-
vit conferre cum suis assessoribus
conferuit; que culpe sint graues q
leues que mediocres. ut secundum gra-
uitatem a leuitatem culpe detur gra-
uitas a leuitas pene Sic enim Chri-
stus postquam culpas examinauerit
ipsas de consilio sanctorum ponde-
rabit. Non enim quod habet graui-
tatis a leuitatis culpam plenam
noticiam. Sed ut in hoc eis fatiat ho-
norem a gloria. Psalmista. Ut fa-
tiant in eis iudicium conscriptum
gloria hec est omnibus sanctis eius.
De ista ponderatione fatienda dici-
tur Proverbiorum decimo sexto. Po-
dus a statera iudicia domini sunt.
Solent campsoes monetas in sta-
tera ponderare a eas quas inueni-
unt nullius ponderis a valoris vel
minoris ponderis in ignem proci-
unt vel incidunt. Illas vero quas
inueniunt equales vel saltem ma-
ioris ponderis reponunt in thesau-
ro. Omnes enim homines qui in ex-
tremo iudicio assistent aut erunt
omnino vacui; aut semipleni; aut
pleni; aut etiam superpleni. Ille di-
citur vacuus qui nulla bona merito-
ria portat; a in peccatis suis vitam
suam finiuit. In statera namque diui-
ni iudicij appendetur a sibi dicitur

aliquid danielis quinto. Appensus
 es in statera et inuentus es nichil
 habens. Ille proicietur in ignem
 fornacis inferni. Ille autem qui est
 semiplenus qui peccata commisit
 et ad penitentiam conuersus: sed
 etiam morte preuentus satisfactio-
 nem condignam facere non potuit.
 Vel etiam penitentia sibi inunda
 sufficiens non fuit. talis appendetur
 et sibi dicitur. Appensus es in sta-
 tera. et inuentus es minus habes.
 Ille sic veniens proicitur in forna-
 cem purgatorij. Post iudicium au-
 tem purgatorium non est. Illi au-
 tem qui tales inueniuntur igne qui
 precedet fatiem iudicij purgaban-
 tur. Ille vero est plenus qui qua-
 tum deliquit tantum satisfecit: qui
 et si non habuit perfectionis ope-
 ra. habet tamen ea que sufficiunt
 ad dimissionem culpe. et acqui-
 sitionem gratie et glorie talis appen-
 detur et sibi dicitur. Appensus es in
 statera et inuentus es satis habes.
 Ille vero est superplenus qui ope-
 ra perfectionis habuit vel etiam qui
 super satisfactionem multa meita
 accumulauit. Talis similiter appen-
 detur et sibi dicitur Appensus es in
 statera et inuentus es multum ha-
 bens. Illi duo vltimi in celesti the-
 sauro reponuntur.

Tertio Christus veniet cum pote-
 state multa ad sententiam hoc
 quando dicit. Discedite a me male-
 dicit in ignem eternum et terra. Ex
 qua sententia manifeste colligitur
 quanta sit contra reprobos simpla

rabilis ira. Dato autem quod sibi dicat
 damnati. Non sumus digni domi-
 ne digne regnum vestrum intrae
 sed placeat tibi vt ad pedes tuos
 possimus manere. Respondebit.
 Discedite. Item dato quod dicant sibi
 Et si nos a te repellis saltem benedi-
 ctionem tuam da nobis. Ipse con-
 tratio maledictionem eis dabit di-
 cens Maledicti. Dato etiam quod si di-
 cant saltem ad aliquem locum re-
 frigerij: siue consolationis nos mit-
 tas. Respondebit. In igne eternum.
 Dato quod adhuc dicant. saltem bre-
 uem terminum nobis constituas
 Respondebit Eternum dato quod ad-
 huc dicant. Saltem bonum domi-
 num nobis constituas. qui clem-
 ter nos regat. Respondebit Qui pa-
 ratus est dyabolo. Dato quod etiam
 adhuc subiungant. Saltem aliqua
 bonam societatem da nobis cum
 qua possimus consolari. Respon-
 det Et angelis eius. Quasi dicat
 Pro domino vestro habeatis dy-
 abolum maiorem. Pro socijs vestris
 habeatis demones minores.

Quarto veniet dominus noster Ihe-
 sus Christus cum maiestate mag-
 na ad exequendum sententiam danna-
 torum contra malos. Postquam enim dominus no-
 ster Ihesus Christus sententiam
 dedit ipse eam ad executionem man-
 dabit de qua executione dicitur
 etiam Mathei decimo quinto. Ibi-
 dem in supplicium eternum. Iusti au-
 tem in vitam eternam. Vtrobique ta-
 men tam in inferno quam in celo appa-
 rebit maiestas diuina magna et

gloriosa. Iustitia dei apparebit q̄
dem ⁊ relucebit in inferno. Thob.
tertio. Ostendit maiestatem suaz
in gentem peccatricem Psalmista
de? maiestatis intonuit Pulchri
us enim stat latro in patibulo q̄ si
staret in solio Seruus in cloaca q̄
in camera picta Porcus in luto q̄
in prato florido. Latro est superbo
quia id quod est dei proprium sci
licet gloriam sibi auferre conatur
Psa. xli. Gloriam meam alteri nō
dabo. Seruus ē auar⁹ de quo phi.
quinto. Auaritia que est ydolorū
seuitus. Porcus est luxuriosus.
Prouerb. tertio. Circulus aureus
in naribus suis ē mulier pulchra
⁊ fatua. Magis enim relucet maie
stas ⁊ iustitia dei in eo q̄ istos po
nit in inferno q̄ si eos poneret i ce
lo. Augustin⁹. Peccatores in sup
plicijs ordinantur vt nunq̄ sit de
decus culpe sine decore iusticie. Ap
parebit etiam maiestas eius in ce
lo. gloria enim sanctorū maiestas
dicitur. tum quia erit generaliter
magna. Psalmista. Replebit ma
iestate eius. tum quia erit p̄petua
liter alta. Dicitur enim maiestas
quasi magnitudo status. tūz quia
erit ineffabilē lucida. p̄. Baruch.
quinto. Abducat deus israel cum
iocunditate in lumine maiestatis
sue. Rogem⁹ ergo ac.

Sequitur quart⁹ sermo eiusdē p̄

mathei xj

Qum audisset Johannes i
vinculis opeā Christi Ma
thi. vndecimo. Herodes a

lipas Johānez baptistam in vin
culis posuit triplici de causa. Pri
mo ex eo q̄ ipsum reprehendebat
q̄ Philippo fratri suo herodyades
uxorem suam abstulerat. Et iō ad
suggestionem ipsius herodiadis
ipsuz incarceration. sicut innuit Ma
thi. sexto. Secundo ex eo sicut di
cit Iosephus q̄ Johannes iustiti
am sobrietatez ⁊ baptismum pre
dicabat. ⁊ ideo eum multus popu
lus sequebatur. Herodes vero cum
esset alienigena ⁊ populo odiosus
propter hoc ⁊ tumultum populi
pertimescens eum in carcerez misit
Tercio ex eo q̄ beatus Johannes
quendam magnum regem p̄ se se
renturuz predicabat. ⁊ cum roma
ni ordiassent ne aliquis sine sena
tus auctoritate rex nominaretur.
offensam cesaris timuit ⁊ ipsum i
carcere inuiculauit. In quib⁹ vin
culis euz audiret opera Christi du
os discipulos misit ad xpm salua
torem nostrum. In isto euangelio
tria tanguntur. scilicet beati Johā
nis interrogatio. Christi domini no
stri r̄sponso. ⁊ beati Johānis a chri
sto facta commendatio. De interro
gatione beati Johānis aliter sen
tit beatus Gregorius. Aliter beatus
Ambrosius. Aliter beatus Hilari
us. ⁊ aliter Crisostomus. Gregori⁹
enim dicere videtur q̄ beatus Johā
nes dubitauit q̄ dominus noster
ihesus Christus in infernum per se
ipsum descensurus esset. Et ideo sciē
uoluit vtrum sicut ipse in mundū
venerat: ita p̄ se ad inferni claustra

Dmca 3a
In aduētu